

Band VII., Nr. 2603, Seite 452-453

Dekan Rudolf von Gomadingen und Bruder Heinrich von Weißenau, der Pfleger des Hofes zu Bernloch, beurkunden ihren durch Schiedsrichter herbeigeführten Vergleich wegen der Grenzen von zum genannten Hofe gehörigen Gütern.

Ohne Ortsangabe, 1276. Juni 26.

Que geruntur sub testimonio bonorum hominum, ut in longa vivant posteritatis memoria, perhennari solent et voce testium et testimonio litterarum. Nos ergo Rūdolfus decanus ecclesie de Gumendingen Constantiensis dyocesis et ego frater Heinricus de Augea ordinis Premonstratensis procurator curie de Bernloch notum facimus presentium inspectoribus universis, quod controversia, que iam dudum inter nos versabatur super limitatione facienda bonorum spectantium ad curiam de Bernloch, que vulgariter dicuntur diu Gebraite vor dem Harde, mediantibus venerabilibus viris domino Wernhero preposito de Martella et fratre Heinrico converso de Augea dicto Ipli tunc cellerario existente arbitris in dicta controversia a iudicibus Constantiensibus deputatis^a amicabilem est sopita.

 Facta autem fuit^b amicabile compositio inter nos anno domini MCCLXX sexto, feria sexta in octava sancti Johannis Baptiste. Testes autem huiusmodi compositioni interfuerunt: frater Wernherus de Bibrach sacerdos, frater Jacobus dyaconus canonici^c Augensis ecclesie, frater Heinricus quondam abbas Augensis, frater Heinricus de Baphendorf conversus, frater Wernherus de Waltsteten, frater Wernherus de Vilingen, frater Hartliebus de Trohtelvingen, frater Waltherus de Walgersrúti conversi ecclesie Augensis, dominus Waltherus rector ecclesie in Waltsteten^d, dominus Heinricus sacerdos de Offenhusen, Rūdolfus de Baldegge, Cūnradus scultetus de Gumendingen, Cūnradus dictus Crâphe, . . dictus Riethaimer, . . filius suus dictus Cōllin, Eberhardus dictus Júdes, Gotfridus de Baldegge, Conradus dictus Holzhai et quam plures alii fide digni. Unde ne qua in posterum oriri possit calumpnia, de communi consilio nos R(ūdolfus) decanus predictus et ego frater Heinricus presentem litteram conscribi fecimus et firmari sigillo domini Wernheri prepositi de Martella predicti in testimonium premissorum. Nos vero frater Wern(herus) divina miseratione prepositus de Martella arbiter in causa compositioni interfuimus et ad petitionem partium

^a *deputatis* ist über der Zeile nachgetragen.

^b *fuit* über der Zeile nachgetragen.

^c *caññ*.

^d *Walsteten* mit vor *l* übergeschriebenem *t*.

II

predictarum Rû(dolfi) et Hainrici sigillum nostrum presentibus appendi fecimus in testimonium premissorum. Sed ut res gesta et amicabile compositio inter nos facta de cetero magis sit stabilis et firma, ego Rûdolfus decanus predictus sigillum meum apposui presentibus in premissorum testimonium et munimen.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 An weißen Litzen zwei Siegel: 1) Das spitzovale Siegel des Propsts von Marchtal, das an der Urkunde von 1284 Februar 11 besser erhalten und darnach ergänzt ist, 42, 25 mm, (II. B.): Der hl. Petrus, in der Rechten einen nicht sicher zu deutenden Gegenstand (eventuell Schwertgriff, Kelch), in der Linken drei (?) Schlüssel, einen nach vermutlich oben, zwei nach unten haltend; Umschrift: + . S . PREPOSITI . DE . MARTELLO. 2) Das runde, aber sehr beschädigte Siegel des Dekans Rudolf von Gomadingen: Wie es scheint, zwei Vögel.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 523 U 2322

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Baldeck Wüstung (23704)
 Baldeck, Bad Urach, RT, W
 Bavendorf Wohnplatz (20024)
 Bavendorf, Ravensburg, RV
 Bernloch Wohnplatz (16051)
 Bernloch, Hohenstein, RT
 Biberach an der Riß Wohnplatz (17113)
 Biberach an der Riß, BC
 Gomadingen Wohnplatz (15851)
 Gomadingen, RT
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Obermarchtal Wohnplatz (16905)
 Obermarchtal, UL
 Offenhausen Wohnplatz (15854)
 Offenhausen, Gomadingen, RT
 Trochtelfingen Wohnplatz (15996)
 Trochtelfingen, RT
 Villingen Wohnplatz (13977)
 Villingen, Villingen-Schwenningen, VS
 Walchesreute Wohnplatz (18379)
 Walchesreute, Tett nang, FN
 Weißenau Wohnplatz (20163)
 Weißenau, Ravensburg, RV
 Ödenwaldstetten Wohnplatz (16057)
 Ödenwaldstetten, Hohenstein, RT